Floræ græcæ prodromus, sive, Plantarum omnium enumeratio / quas in provinciis aut insulis Graæciæ invenit Johannes Sibthorp. Characteres et synonyma, omnium cum annotationibus elaboravit Jacobus Edvardus Smith.

#### **Contributors**

Sibthorp, John, 1758-1796.

#### **Publication/Creation**

Londini: Typis Richardi Taylor et socii ... [etc.], 1806-1813.

#### **Persistent URL**

https://wellcomecollection.org/works/c9y8k88x


#### License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection 183 Euston Road London NW1 2BE UK T +44 (0)20 7611 8722 E library@wellcomecollection.org https://wellcomecollection.org



48179 B





# FLORÆ GRÆCÆ PRODROMUS

SIVE

PLANTARUM OMNIUM ENUMERATIO,
QUAS

### IN PROVINCIIS AUT INSULIS GRÆCIÆ INVENIT

### JOHANNES SIBTHORP, M.D.

S. S. REG. ET LINN. LOND. SOCIUS, BOT. PROF. REGIUS IN ACADEMIA OXONIENSI.

HIC ILLIC ETIAM INSERTÆ SUNT
PAUCULÆ SPECIES QUAS VIR IDEM CLARISSIMUS, GRÆCIAM VERSUS
NAVIGANS, IN ITINERE, PRÆSERTIM APUD ITALIAM ET SICILIAM,
INVENERIT.

## CHARACTERES ET SYNONYMA OMNIUM CUM ANNOTATIONIBUS ELABORAVIT

### JACOBUS EDVARDUS SMITH, M.D.

S. S. IMP. NAT. CUR. REGIÆ LOND. HOLM. UPSAL. TAURIN.
OLYSSIP. PHILADELPH. ALIARUMQUE SOCIUS;
SOC. LINN. LOND. PRÆSES.

VOL. I.

LONDINI:

TYPIS RICHARDI TAYLOR ET SOCII,
IN VICO SHOE LANE,
VENEUNT APUD JOHANNEM WHITE, IN VICO FLEET STREET.

M D CCC VI.



### PRÆFATIO.

PLANTÆ quas Græcia habet, jamdudum ab antiquissimis, tum a scriptoribus maximè idoneis, Homero scilicet, Theophrasto, Dioscoride &c, commemoratæ, nomen per omnes terras haud mediocre obtinuerunt. Utcunque verò celebres fuerint, et apud doctissimos viros ex mentione tam illustri factâ, gratiâ plurimum valuerint, at nequaquam a systematico quodam botanico ritè illustratæ sunt. Barbaries scilicet quæ per totam illam regionem mores hominum sævitiâ infecit, in-

vestigationem rerum sponte illic provenientium, opus peregrinatoribus verè periculosum reddidit, et difficile admodum. Sunt profectò apud hodiernos peregrinatores perpauci qui quædam ad Botanicen Græcam spectantia, hìc illìc quasi disjecta, raptìm collegere; et plurimi scriptores, studio et labore libros et collectanea domi evolventes, quæ priùs parùm innotuerint extundere et illustrare conati sunt.

Nemo autem unquam animum ad hæc elaboranda adjunxit tali studio, quali Johannes Sibthorp M. D. in Academiâ Oxoniensi Botanices Professor Regius. Vir fuit ingeniosus admodùm, doctissimus, patientissimus laboris, pectore animoso. Cum jam arderet mens impatiens quietis desidiosæ, Academia Oxoniensis munus viatorium, ex celeberrimi Radcliffii instituto, quod diù exoptaverat, quo iter in regiones

posset alienas tendere, contulit. Quam fideliter rem gessit, quam optimè de Academiâ, atque instituto Radcliffiano meruit, hæ chartæ satis indicabunt.

Voti igitur jam compos, cursum illico in Græciam flexit Professor noster. Iter sanè inchoabat anno 1785, hoc consilium in animo præcipuè habens quo pacto Historiam Naturalem Græciæ, Agriculturam et Medicinam ritè illustraret. Nullius addictus jurare in verba, omnia quæ prisci viri olim de re rusticâ dixissent, cum suis practicis observationibus conferre statuit. Pictorem egregii nominis Ferdinandum Bauer, cujus virtutem icones nostræ exhibent, secum duxit. Atque ita ad omne officii munus instructus, cum jam multo labore per Germaniam, Italiam, Siciliamque peragravisset, tandem ad insulas continentemque Græciæ pervenit. Hic biennium commoratus, domum anno 1787 revertit, thesauro plantarum siccatarum iconumque prædiviti onustus. Nec mora, ad propositum primarium exequendum, nempe illustrationem evulgationemque Floræ Græcæ, toto pectore sedulus incubuit. Primus labor fuit quæ in itinere collegerat studiosissimè investigare, deinde cum libris collectaneisque Sherardianis Oxoniæ conservatis, Banksianis Londini, et Museo Linnæano, quod aliquot abhinc annis mihi jure emptum cesserat, omnia comparare. Cum verò totus in hoc esset, inceptum opus ad umbilicum ducere nequivit; quippe plurima, ad labores adimplendos necessaria, aut omninò prætermissa, aut nimis negligenter observata fuisse, sensit. Hinc visum est vestigia rursùs in Græciam ferre, si quà quæ deficerent liceat supplere. Hoc itinere feliciter peracto, domum secundò rediit anno 1795. At interim ardor animi

vires corporis absumpserat. Patriæ redditum eheu! mors excepit.

Ad postremam vero diem usque solicitus, ne frustrà tantum operæ insumpserit, posthumam investigationum botanicarum publicationem in animo conceperat, eandemque ad ordinem quendam redegerat. Imprimis mille plantas sub titulo Floræ Græcæ, in decem volumina folio digestas, omnes descriptas et ritè depictas, singulo nempe volumine centum plantas continente, edi voluit. Quin et eodem tempore Prodromum Floræ Græcæ octavo, omnind sine iconibus, evulgandum jussit. Porrò testamenti sui curatores, amicos omni laude dignos, dominum Johannem Hawkins, prioris itineris postremique maximâ ex parte socium, et dominum Thomam Platt postulavit, ut diligenter exquirerent qui opera hæc juris publici faceret, qui etiam characteres et descriptiones plantarum conficeret, synonyma auctorum cogeret, et alia operibus illustrandis necessaria, ex iconibus speciminibus et manuscriptis suis, pararet. Quo sumptus huic negotio tam immenso suppeditentur, prædium quod quotannis 300 ferè minas reddebat, Academiæ Oxoniensi testamento dedit animo verè liberali; fidei committens, quod primi ex hoc prædio reditus ad opera hæc paranda atque evulganda omninò impenderentur, et quod, postquam hæc absoluta forent, posteri proventus omnes ad Professorem in Agricultura et Re Rustica in Academia Oxoniensi remunerandum applicentur.

Curatores testamenti Sibthorpiani publicationem utriusque operis, Prodromi scilicet Floræ Græcæ et Floræ Græcæ ipsius, mihi commiserunt. Quà potui votis defuncti amici respondere studui: liceat saltem profiteri, quòd quo fideliùs commissa exequerer, iterum atque iterum testamentum Sibthorpianum perlegi; notas quas contulerat omnes pro re natâ inserui; quæ proposita vivâ voce testamenti sui curatoribus atque aliis amicis, præcipuè illustrissimo Josepho Banks baronetto, tum mihi quoque, plurimis locis temporibus et modis communicâsset, omnia solicitus in memoriâ tenui, et fideliter obsecutus sum.

Primus mihi labor fuit idoneum quendam, qui icones ritè ad adumbrationes primarias sculperet, exquirere. Illud opus D. Jacobo Sowerby, jamdudum hâc arte celeberrimo, collatum est. At priusquam icones ære incisæ fuerint, mihi curæ fuit singulas cum archetypis conferre; mox etiam num color singulæ iconi pictæ, habitusque rectè convenirent, sedulò scrutari.

Quod ad Floræ Græcæ, tum ad Prodromi descriptiones, observationes, cæteraque hujuscemodi attinet, necesse est dinumerem fontes unde omnia hæc mihi haurire licuit; tum quam partem horum tuli, ne aut ego culpæ obnoxius sim de rebus quæ nequaquam vitandæ fuerint, aut e contra ne doctissimi Sibthorp nomen culpå ingenii mei deterere videar.

Duas diversas plantarum Græcarum enumerationes elaboravit Sibthorp. Hisce
subjunxit citationes Linnæi et Tournefortii, et iconem singulæ speciei retulit, simul
memorans quo in loco quamque invenerit.
Hæc manuscripta magnâ ex parte materiem præbuerunt unde Prodromus Floræ
Græcæ confectus fuit. Exhibent scilicet
non solùm mille plantas Floræ Græcæ,
quin et cæteras quas hic illic in Græciâ

Sibthorp observaverat. At hæc manuscripta non adeò omnibus numeris absoluta sunt, prout fors fuissent si Sibthorp ipse ultimam manum operi imposuisset. Plurima enim necessariò addenda observavi ex herbario, itinerariis, atque aliis catalogis et Floris ejus partialibus desumenda. Nomina prætereà, et synonyma auctorum, multis in locis correxi et mutavi, herbariis Linnæi, Banksii et Tournefortii, quæ satis evolvere defuncto amico nostro non licuit, ità suadentibus.

Observationes in utroque opere botanicæ, characteres specifici, descriptionesque, ea omnia mihi imputanda sunt; namque omnia hæc intacta Sibthorp prætermisit. Lectorem igitur oro, obsecro, quascunque hallucinationes in his rebus detexerit, condonet benevolus. Hanc veniam jure quodam mihi impetrare fas est. Nam vix ob-

servatio aliqua, aut etiam nomen, plantis siccatis sive iconibus a Sibthorp adjectum fuit. Quæ igitur observatio, aut quod nomen in manuscriptis cuique plantæ convenerit, non nisi ex investigatione nominum et notarum congeriei, pluries repetitâ, laboriosissimâ, patuit. Insuper hæc præsertim liceat memorare, quod nomina in itinerario conscripta plerumque extemporanea fuerint, et postea multis in locis per catalogos varios mutata, nulla prioris tituli commemoratione citatà. Hinc summopere cavendum duxi, quo minùs ulla planta de quâ ex mentione in prioribus catalogis aut itinerariis factâ, incertus fuerim, aut de quâ aut me aut alios falli posse suspicarer, in Floram admittatur, nisi prius aut herbarium Sibthorpianum, aut icones Bauerianæ, sedem ejus ritè confirmaverint. His testimoniis deficientibus nomen Sibthorpianum subjunxi. Cum vix ulla plantarum cryptogamicarum in Prodromo Floræ Græcæ enumeratarum specimina in collectaneis Sibthorpianis hodiè conservata extant, de his fides illustrissimo viro ipsi, classis Cryptogamiæ certè peritissimo, omnis danda est.

Quod ad delectum plantarum quæ in opere majori, Florâ scilicet Græcâ, inseruntur, attinet, intelligendum est, quod Sibthorp jamdudum omnes has nominatìm indixerat. Mihi igitur fuit hujus voluntati atque instituto obsequi, minimè repugnare. Icones mille quas edendas fore instituerat, ferè omnes adumbratas reliquit. Voluit sanè iconem exhibere cujusque plantæ quam in Græciâ antiquâ et regionibus circumjacentibus collegerat, (paucarum prætereà aut novarum, aut inter rariores habendarum, quas in itinere invenerat per Italiam Siciliæque partem) nec in Curtisii

Florâ Londinensi, aut in operibus Jacquini priùs depictam observaverat. Et quamvis post mortem ejus plurimæ quas adumbrari curaverat, in voluminibus sequentibus Jacquini locum habuerint, visum est tamen nobis nullam mutationem facere, quin omnes in lucem edere quas Sibthorp edi destinaverat. Modò vita illi longior concessa fuisset, proculdubiò opus ditavisset figuris plurium novarum specierum in ultimo itinere inventarum, quas in Prodromo memoravi. Lubens quidem icones harum in opere illo exhibuissem, at amici nostri testamentum omninò vetuit.

Synonyma Dioscoridis sumuntur ex manuscripto Sibthorpiano quod Viennæ plerumque conscripserat, ubi in codicem veterem celeberrimum, tabulis pictis ornatum, incidit. Omnia hæc synonyma cum optimis editionibus Dioscoridis comparavi.

Si quà rationem habui cur in dubio de synonymi alicujus applicatione hærerem, illic nomen Professoris nostri (illi enim error, si quis sit, imputandus est,) subjeci. Nomina quæ Græci hodierni plantis attribuere, ex observationibus ejus didici. Hæc dominus Hawkins revisit sedulus. Quæ nomina plantarum in insulâ Zacyntho in usu sunt sæpè subjiciuntur; omnia hæc medicus quidam ejus insulæ Sibthorp retulit, unà cum plantis ipsis exsiccatis.

Illustratio scriptorum Græcorum veterum, eorundemque synonymorum, in longè majus provecta fuisset, multaque præterea aut omninò omissa, aut leviter in itinerariis ejus tacta, inserta fuissent, modo Deus O. M. vitam Sibthorp satis ad hæc adimplenda concessisset. Quicquid in istis certum et indubitatum extrahere potui,

quod ad usus et vires plantarum attinet, ad calcem observationum mearum passim adjicitur.

Haud omninò supervacaneum fore duxi memorare quod nomen Salvia candidissima, a Professore Vahl impositum, a me retentum fuisset, nisi appellatio crassifolia jamjam in tabulà insculpta fuisset.

to tea ant outsind omisso, and leviter in iti-

nerariis cius tecta, meeria faissent, moito

J. E. SMITH.

DABAM LONDINI,
Jul. die 1mo mdcccvi.

### I. MONANDRIA.

### I. Monogynia.

### SALICORNIA.

Linn. Gen. Pl. 5. Juss. 86.

S. herbacea. Linn. Sp. Pl. 5.
 S. geniculata, annua. Tourn. Cor. 51.
 Κρίθμος hodiè.

Icon. Engl. Bot. t. 415.

In maritimis arenosis Cretæ, Meli, aliarumque insularum Græcarum frequens. ①.

2. S. fruticosa. Sp. Pl. 5.

S. geniculata sempervirens. Tourn. Cor. 51.

Icon. Camer. Epit. 246.

In maritimis prope Athenas. 4.

### CHARA.

G. Pl. 567. Juss. 18. Gærtn. t. 84.

3. C. vulgaris. Sp. Pl. 1624. Μάκα hodiè.

Icon. Engl. Bot. t. 336.

In Cretæ aquis pigrioribus, et prope Athenas. O. vol. 1.

### ZOSTERA.

G. Pl. 472. Juss. 24. Gærtn. t. 19.

4. Z. marina. Sp. Pl. 1374.

Alga angustifolia vitriariorum. Tourn. Inst. 569. Φύκια hodiè.

Icon. Engl. Bot. t. 467.

In insulæ Lemniæ littore, et ad Pontum Euxinum. 4.

### II. Digynia.

#### CORISPERMUM.

G. Pl. 6. Juss. 86. Gærtn. t. 75.

5. C. hyssopifolium. Sp. Pl. 6. Icon. Fl. Græc. t. 1.

In arenosis maritimis Thraciæ ad Pontum Euxinum, prope Fanar et Cyaneas insulas. ⊙. Variat staminibus 1—5.

### CALLITRICHE.

G. Pl. 6. Juss. 19. Gærtn. t. 68.

6. C. aquatica. Fl. Brit. 8.
C. verna et autumnalis. Sp. Pl. 6.
Icon. Engl. Bot. t. 722.

In aquis stagnantibus montis Olympi Bithyni. O.

### H. DIANDRIA.

### I. Monogynia.

### JASMINUM.

G. Pl. 9. Juss. 106. Gærtn.'t. 42.

7. J. fruticans. Sp. Pl. 9.

J. luteum, vulgò dictum bacciferum. Tourn. Inst. 597.

Sarí Jassemín Turcorum.

Icon. Dod. Pempt. 571. f. 4.

In sylvis per totam Phrygiam Asiæ minoris. Ad viam inter Smyrnam et Bursam, et circa Byzantium. 5.

### LIGUSTRUM.

G. Pl. 9. Juss. 106. Gærtn. t. 92.

8. L. vulgare. Sp. Pl. 10.

Ligustrum. Tourn. Inst. 596.

Lilák Turc.

Icon. Curt. Lond. fasc. 5. t. 1.

Ad sepes inter Smyrnam et Bursam, et circa Byzantium. 12.

### PHILLYREA.

G. Pl. 10. Juss. 106. Gærtn. t. 92.

9. Ph. media. Sp. Pl. 10.

Ph. folio ligustri. Tourn. Inst. 596. Icon. Matth. Valgr. v. 1. 155.

In Græciæ insulis. Frequens in Cretæ montosis asperis. 1/2.

10. Ph. latifolia. Sp. Pl. 10.

Ph. folio levitèr serrato. Tourn. Inst. 596.

Φιλλυρεα Dioscoridis.

·Φύλλικα hodie.

Φυλλίκι Zacynthiorum.

Αγλανδινιά Bæoticorum.

Icon. Fl. Græc. t. 2.

In montosis asperis insularum Græcarum. Frequens in Cretâ. 5.

### OLEA.

G. Pl. 10. Juss. 105. Gærtn. t. 93.

11. O. europæa. Sp. Pl. 11.

O. sylvestris, folio duro subtùs incano. Tourn. Inst. 599.

Ελαια αγράια Diosc.

Ελαια ήμερα, planta sativa, ejusdem.

Αγροελια hodie.

Jaban Zeitan Agagí Turc.

Icon. Fl. Græc. t.3.

In insulis Græcis copiosè; etiam ad viam inter Scalam novam et Smyrnam. Ubique culta invenitur. \( \bar{\gamma} \).

#### FRAXINUS.

G. Pl. 550. Juss. 105. Gærtn. t. 49.

12. F. Ornus. Sp. Pl. 1510.

F. florifera botryoides. Tourn. Inst. 577. Sibth.

Mελια Diosc.

Méxeos hodie.

Disu Budak Turc.

Icon. Fl. Græc. t. 4.

In monte Parnasso, et circa Byzantium. Sibth. Frequens in montibus elatioribus petrosis per totam Græciam. D. Hawkins. 1/2.

#### CIRCÆA.

G. Pl. 11. Juss. 319. Gærtn. t. 24.

13. C. lutetiana. Sp. Pl. 12. Tourn. Inst. 301. Icon. Curt. Lond. fasc. 3. t. 3.

In Græciâ rariùs occurrit. In sylvis umbrosis montis Olympi Bithyni, et ad pagum Belgrad. 4.

### VERONICA.

G. Pl. 12. Juss. 99. Gærtn. t. 54.

\* Spicatæ.

14. V. spuria. Sp. Pl. 13.

V. spicata angustifolia. Tourn. Inst. 143. Icon. Barrel. Ic. t. 891.

In Laconia. Sibth. MSS. 4.

15. V. spicata. Sp. Pl. 14.V. spicata minor. Tourn. Inst. 144.Icon. Engl. Bot. t. 2.

In Laconiâ. 4.

16. V. pinnata. Mant. 24.
Icon. Act. Petrop. ann. 1770. t. 29. f. 1. Willden.
In monte Athone. 4.

17. V. officinalis. Sp. Pl. 14.
V. mas supina et vulgatissima. Tourn. Inst. 143.
Icon. Curt. Lond. fasc. 3. t. 1.
Prope Thessalonicam. 4.

### \*\* Corymboso-racemosæ.

V. gentianoides. Tr. of Linn. Soc. v. 1. 194.
 Willden. Sp. Pl. v. 1. 61.

V. orientalis erecta, gentianellæ foliis. Tourn. Cor. 7.

Icon. Fl. Græc. t. 5.

In summâ parte, nive solutâ, montis Olympi Bithyni. 4.

19. V. thymifolia, corymbo terminali, foliis revolutis incanis, caulibus fruticulosis diffusis, capsularum lobis divaricatis.

Icon. Fl. Græc. t. 6.

In cacumine montium Cretæ, olim Leuci nunc Sphaciotici dictorum. Floret inter saxa nive nuper operta. 4. 20. V. serpyllifolia. Sp. Pl. 15.

V. pratensis serpyllifolia. Tourn. Inst. 144.

Icon. Curt. Lond. fasc. 1. t. 3.

In Olympi Bithyni graminosis, et circa Byzantium. 4.

21. V. Becabunga. Sp. Pl. 16.

V. aquatica major, folio subrotundo. Tourn. Inst. 145.

Becabunga Turc.

Icon. Curt. Lond. fasc. 2. t. 3.

In Elide et Arcadiâ ad scaturigines, et prope Byzantium. 4.

22. V. Anagallis. Sp. Pl. 16.

V. aquatica, major et minor, folio oblongo. Tourn. Inst. 145.

Icon. Curt. Lond. fasc. 5. t. 2.

In fossis aquosis, et ad rivulos, in insulis Græciæ frequens. 4.

23. V. Teucrium. Sp. Pl. 16.

V. major frutescens altera. Tourn. Inst. 144.

Icon. Riv. Monop. Irr. t. 95. f. 1. V. montana.

Prope Thessalonicam. Sibth. MSS. 4.

24. V. prostrata. Sp. Pl. 17.

V. minor angustifolia, ramosior et procumbens. Tourn. Inst. 144.

Icon. Riv. Monop. Irr. t. 95. f. 2.

In agro Byzantino. Sibth. MSS. 4.

25. V. pectinata. Mant. 24.

V. constantinopolitana incana, chamædryos folio. Tourn. Cor. 7.

Icon. Buxb. Cent. 1. t. 39. f. 1.

In Bithyniâ et in agro Byzantino.

In montium Sphacioticorum Cretæ summis jugis.

D. Hawkins. 4.

26. V. Chamædrys. Sp. Pl. 17.

V. minor, foliis imis rotundioribus. Tourn. Inst. 144.

Icon. Curt. Lond. fasc. 1. t. 2.

In Laconiâ, et in sylvis circa pagum Belgrad. 4.

27. V. latifolia. Sp. Pl. 18.

V. maxima. Tourn. Inst. 144.

Icon. Jacq. Austr. t. 60. V. pseudo-chamædrys. Prope Smyrnam. 4.

28. V. austriaca. Sp. Pl. 17.

V. austriaca, foliis tenuissimè laciniatis. Tourn. Inst. 144.

Inter Smyrnam et Bursam. 4.

29. V. multifida. Sp. Pl. 17. Tr. of Linn. Soc. v. 1. 191.

Icon vix ulla fidenda.

Cum præcedente, ut ex herbario videtur, legit Sibthorp. 4. \*\*\* Pedunculis unifloris.

30. V. glauca, floribus solitariis, foliis cordatis inciso-serratis, caulibus procumbentibus, laciniis calycinis utrinque dentatis.

Icon. Fl. Græc. t.7.

In jugo montis Hymetti prope Athenas. D. F.Bauer.  $\odot$ .

31. V. agrestis. Sp. Pl. 18.

V. flosculis oblongis pediculis insidentibus, chamædryos folio. Tourn. Inst. 145.

Icon. Curt. Lond. fasc. 1. t. 1.

β. V. flosculis oblongis pediculis insidentibus, chamædryos folio, major. Buxb. Cent. 1. 26. t. 40. f. 2.

Icon. Fl. Græc. t. 8.

In umbrosis et cultis montis Olympi Bithyni. β. in insulis Principum prope Byzantium. ⊙.

32. V. arvensis. Sp. Pl. 18.

V. flosculis cauliculis adhærentibus. Tourn.
Inst. 145.

Icon. Curt. Lond. fasc. 2. t. 2.

In Peloponneso; in insulâ Cypro, et circa Byzantium. .

33. V. hederifolia. Sp. Pl. 19.

V. cymbalariæ folio verna. Tourn. Inst. 145. Icon. Curt. Lond. fasc. 2. t. 1.

In agro Cariensi, Byzantino, et Peloponnesiaco; etiam in insulâ Cypro. O.

34. V. cymbalaria, floribus solitariis, foliis cordatis inciso-crenatis, laciniis calycinis rotundatis, seminibus urceolatis læviusculis.

V. cymbalariæfolia. Vahl. Enum. v. 1. 81.

V. hederifolia B. Sp. Pl. 19.

V. chia, cymbalariæ folio, verna, flore albo umbilico virescente. Tourn.Cor. 7. Buxb.Cent. 1. 25. t. 39. f. 2. malè.

Icon. Fl. Græc. t. 9.

Circa Byzantium, et in Archipelagi insulis. O.

35. V. triphyllos. Sp. Pl. 19.

V. verna, trifido vel quinquefido folio. Tourn. Inst. 145.

Icon. Fl. Græc. t. 10.

In campestribus Thraciæ, Pontum Bosphorum et Euxinum versus. ⊙.

36. V. acinifolia. Sp. Pl. 19.

V. minima, clinopodii minoris folio, glabra, romana. Tourn. Inst. 144.

Icon. Vaill. Paris. t. 33. f. 3.

Circa Byzantium. Sibth. MSS. O.

### GRATIOLA.

G. Pl. 13. Juss. 121. Gærtn. t. 53.

37. G. officinalis. Sp. Pl. 24.

Digitalis minima, Gratiola dicta. Tourn. Inst. 165.

Icon. Fl. Dan. t. 363.

In uliginosis ad lacum Niceæ, Bithyniæ. 4.

### PINGUICULA.

G. Pl. 13. Juss. 98. Gærtn. t. 112.

38. P. crystallina, corollà inæquali, nectario obtuso petalo breviore, laciniis calycinis oblongis, scapo basi glabro.

Icon. Fl. Græc. t. 11.

In rivulis prope vicum Camandriæ in insulâ Cypro. D. F. Bauer.

### UTRICULARIA.

G. Pl. 14. Juss. 98.

39. U. vulgaris. Sp. Pl. 26.

Millefolium aquaticum lenticulatum. Bauh. Pin. 141.

Icon. Engl. Bot. t. 253.

In aquis Argolicis. 4.

### LEMNA. G. Pl. 478.

Lenticula. Juss. 19.

40. L. trisulca. Sp. Pl. 1376.

Icon. Engl. Bot. t. 926.

In aquis Byzantii. O.

41. L. minor. Sp. Pl. 1376. Fl. Brit. 957. Φακος δ επι των τελματων Diosc. Icon. Engl. Bot. t. 1095.

In aquis stagnantibus Græciæ ubique. O. Genus vix monoicum hîc meliùs collocatur.

### LYCOPUS.

G. Pl. 15. Juss. 111.

42. L. europæus. Sp. Pl. 30.
L. palustris glaber. Tourn. Inst. 191.
Icon. Curt. Lond. fasc. 3. t. 2.

In humidiusculis circa Thyatiram, hodiè Akhissar, et in agro Eliensi et Byzantino. 4.

43. L. exaltatus. Suppl. 87.
L. foliis in profundas lacinias incisis. Tourn. Inst. 191.

Icon. Fl. Græc. t. 12.

In locis humidis circa Lupadiam, Bithyniæ. 4.

### ZIZIPHORA.

G. Pl. 16. Juss. 111. Gærtn. t. 66.

44. Z. capitata. Sp. Pl. 31.

Thymus humilis latifolius. Buxb. Cent. 3. 28. t. 51. f. 1.

Icon. Fl. Græc. t. 13.

In monte Crucis insulæ Cypri. D. F. Bauer. O.

### ROSMARINUS.

G. Pl. 16. Juss. 111.

45. R. officinalis. Sp. Pl. 33.

R. spontaneus, latiore folio. Tourn. Inst. 195.

Λιβανωτις Diosc.

Δενδοολίβανον hodie.

Biberic Turc.

Icon. Fl. Græc. t. 14.

In insulis Græcis rariùs; in Melo legit Sibthorp.
In Zacyntho, nec non in Bæotiâ. D. Hawkins. 12.

### SALVIA.

G. Pl. 17. Juss. 111. Gærtn. t. 66.

46. S. officinalis. Sp. Pl. 34.

S. major. Tourn. Inst. 180.

Ελελισφακον Diosc.

Icon. Woodv. Med. Bot. t. 38.

In asperis Græciæ, ut a Dioscoride memoratur. \( \bar{\gamma} \) . Gallas esculentas profert, S. pomiferæ et trilobæ instar.

47. S. pomifera. Sp. Pl. 34.

S. cretica frutescens pomifera, foliis longioribus incanis et crispis. *Tourn. Cor.* 10. *It. v.* 1.30. *cum icone*.

Φασκομηλια hodie.

Icon. Fl. Græc. t. 15.

In collibus apricis et asperis Cretæ. In Græciâ vulgaris. D. Hawkins. 1/2. Floret Julio.

48. S. calycina, foliis ovatis crenatis planis reticulato-venosis incanis, calycibus trilobis dilatatis retusis mucronulatis.

S. orientalis frutescens, foliis circinatis, acetabulis moluccæ. Tourn. Cor. 10.

Icon. Fl. Græc. t. 16.

In monte Hymetto prope Athenas, Julio florens. & .

49. S. triloba. Suppl. 88.

S. baccifera. Tourn. Inst. 180.

S. cretica pomifera Clusii, flore albo. Tourn. Cor. 10.

Φάσκος, ή αληφασκια, hodie.

Φασκομηλιά, in Peloponneso.

Icon. Fl. Græc. t. 17.

In Archipelagi insulis, et per totam Græciam, locis asperis et apricis, frequens. 5.

50. S. ringens, foliis interruptè pinnatis crenatis subrevolutis rugosis, ramis floriferis paniculatis, corollà declinatà recurvà.

Χλωμος hodie.

Icon. Fl. Græc. t. 18.

In petrosis ad latera montium haud infrequens. Ad cœnobium Mega Spilaio dictum, prope Calavritam, Peloponnesi. D. Hawkins. 4.

51. S. viridis. Sp. Pl. 34.

Horminum comâ viridi. Tourn. Inst. 178.

Icon. Fl. Græc. t. 19.

In Cariæ arvis. O.

52. S. Horminum. Sp. Pl. 34.

Horminum comâ purpuro-violaceâ, et comâ rubrâ. Tourn. Inst. 178.

'Ogulvov Diosc.

Σαρκοθρόφι Argol.

Icon. Fl. Græc. t. 20.

In arvis Græciæ haud rara. O. Anne præcedentis varietas?

53. S. sylvestris. Sp. Pl. 34.

Sclarea folio salviæ, major vel maculata. Tourn.
Inst. 179.

Icon. Jacq. Austr. t. 212.

In agro Byzantino. 4.

54. S. pratensis. Sp. Pl. 35.

Sclarea pratensis, foliis serratis, flore cæruleo.

Tourn. Inst. 179.

Icon. Engl. Bot. t. 153.

In insulis Græciæ haud infrequens. Copiosissimè ad viam inter Smyrnam et Bursam. 4.

55. S. Forskælei. Mant. 26.

Sclarea orientalis, folio subrotundo, flore magno, partim albo partim purpurascente. Tourn. Cor. 10. Sibth.

Icon. Fl. Græc. t. 21.

In sylvis umbrosis montis Olympi Bithyni, et circa pagum Belgrad ad Bosphorum, Julio florens. 4.

56. S. Sibthorpii, foliis cordatis lobatis crenatis rugosis scabris, caule subaphyllo ramoso, staminum appendiculis dilatatis.

Icon. Fl. Græc. t. 22.

In Peloponneso et in insulâ Zacyntho. In itinere Parnassum versus primò invenit Clarissimus Sibthorp. D. F. Bauer. 4.

57. S. verbenaca. Sp. Pl. 35.

Horminum sylvestre, lavandulæ flore. Tourn. Inst. 178.

Αγριος βασίλικος, η Σαρκοθρόφι, hodiè. Βέτυρδχορτον, η σαρκάθρόφιον, Zacynth. Icon. Curt. Lond. fasc. 6. t. 1.

In Peloponneso frequens. Etiam in pascuis circa Byzantium, et in insulâ Zacyntho. 4.

58. S. multifida, foliis cordatis multifidis incisis glabris, caule folioso simplici, staminum appendiculis retusis.

Horminum sylvestre inciso folio, cæsio flore, italicum. Barrel. Ic. t. 220.

Icon. Fl. Græc. t. 23.

In pascuis circa Byzantium. D. F. Bauer. 4.

59. S. clandestina. Sp. Pl. 36. Icon. Fl. Græc. t. 24.

In arvis insulæ Cypri frequens. D. F. Bauer. &.

60. S. disermas. Sp. Pl. 36.

Sclarea syriaca, flore albo. Tourn. Inst. 179.

Icon. Barrel. Ic. t. 187.

In agro Byzantino. Sibth. MSS. 4.

61. S. verticillata. Sp. Pl. 37.

Horminum sylvestre latifolium verticillatum. Tourn. Inst. 178.

Πλημονόχορτον hodie.

Icon. Rivin. Monop. Irr. t. 38. f. 2. Horminum spurium.

In Peloponneso haud rara; etiam in agro Byzantino. Sibth. MSS. 4.

62. S. napifolia. Willd. Sp. Pl. v. 1. 143. Icon. Jacq. Hort. Vind. t. 152.

Prope Byzantium, et in Bithyniâ. Sibth. MSS. 4.

63. S. Sclarea. Sp. Pl. 38.
Sclarea. Tourn. Inst. 179.
Icon. Fl. Græc. t. 25.

In arvis inter oppida Sousougherli et Ulubad, sive Lupadiam, Bithyniæ. 3.

64. S. crassifolia, foliis cordatis crenatis rugosis utrinque lanatis, caule aphyllo, bracteis calyce brevioribus.

S. candidissima. Vahl. Enum. v. 1. 278.

Sclarea orientalis, foliis rotundioribus candidissimis. *Tourn. Cor.* 10.

Icon. Fl. Græc. t. 26.

In insulâ Cypro, at rarissime. D. F. Bauer. 4.

65. S. argentea. Sp. Pl. 38.

Sclarea orientalis, verbasci folio, flore partimale albo partimale flavescente. Tourn. Cor. 10.

Aιθιοπις in Idâ nascens Diosc.? Sibth.

Icon. Fl. Græc. t. 27.

In monte Parnasso. 3.

66. S. Æthiopis. Sp. Pl. 39.

Sclarea vulgaris lanuginosa, amplissimo folio.

Tourn. Inst. 179.

Aιθιοπις Diosc.

Icon. Jacq. Austr. t. 211.

Circa Athenas; etiam ad vias inter Smyrnam et Bursam. 3.

#### MORINA.

G. Pl. 18. Juss. 194.

67. M. persica. Sp. Pl. 39.

M. orientalis, carlinæ folio. Tourn. Cor. 48. It. v. 2. 120. cum icone.

Icon. Fl. Græc. t. 28.

In montibus Parnasso et Cylleni, ad campos elatos fertiliores, Augusto florens. D. Hawkins. 4.

# II. Digynia.

# ANTHOXANTHUM.

G. Pl. 18. Juss. 29.

68. A. odoratum. Sp. Pl. 40.

Gramen anthoxanthon spicatum. Tourn. Inst. 518.

Icon. Curt. Lond. fasc. 1. t. 4.

In graminosis Græciæ, et in monte Olympo Bithyno. 4.

# III. TRIANDRIA.

# I. Monogynia.

#### VALERIANA.

G. Pl. 22. Juss. 195. Gærtn. t. 86. Fedia. Gærtn. t. 86.

69. V. rubra. Sp. Pl. 44. Tourn. Inst. 131. Ανάλατος hodiè. Icon. Engl. Bot. t. 1531.

In Peloponnesi montibus. 4.

V. angustifolia. Willd. Sp. Pl. v. 1. 175.
V. rubra β. Sp. Pl. 44.
V. rubra angustifolia. Tourn. Inst. 131.
Icon. Fl. Græc. t. 29.

In montibus elatioribus circa Athenas. 4.

71. V. calcitrapa. Sp. Pl. 44.
V. foliis calcitrapæ; etiam V. lusitanica latifolia annua laciniata. Tourn. Inst. 132.
Icon. Fl. Græc. t. 30.
In arvis Argolicis. ⊙.

72. V. orbiculata, floribus monandris subcalcaratis, foliis inferioribus petiolatis cordatoorbiculatis denticulatis.

Icon. Fl. Græc. t. 31.

In monte Crucis insulæ Cypri. D. F. Bauer. O.

73. V. Cornucopiæ. Sp. Pl. 44.

Valerianella cornucopioides, flore galeato. Tourn. Inst. 133.

Icon. Fl. Græc. t. 32.

In arvis circa Byzantium. O.

74. V. Dioscoridis, floribus triandris, foliis omnibus pinnatis: radicalium foliolis ovatis dentato-repandis, radice tuberosâ.

Φου Diosc. Sibth.

Icon. Fl. Græc. t. 33.

Prope Limyrum fluvium Lyciæ. D. Hawkins. 4.

75. V. tuberosa. Sp. Pl. 46.

V. alpina minor.. Tourn. Inst. 132.

Ναρδος ορεινη Diosc.

Icon. Camer. Epit. 16.

In montibus Ciliciæ, Cretæ, et Cypri, etiam in Parnasso, copiosè. 4.

76. V. echinata. Sp. Pt. 47.

Valerianella cornucopioides echinata. Tourn.
Inst. 133.

Icon. Column. Ecphr. 206.

In arvis prope Athenas. O.

77. V. Locusta. Sp. Pl. 47, α.

Valerianella arvensis præcox humilis, semine compresso. Tourn. Inst. 132.

Λυκοτρίβολα hodie.

Icon. Curt. Lond. fasc. 5. t. 4.

In arvis Græciæ, et insulæ Cypri, vulgaris. O.

78. V. vesicaria. Willd. Sp. Pl. v. 1. 183.

V. Locusta B. Sp. Pl. 47.

Valerianella cretica, fructu vesicario. Tourn. Cor. 6.

Icon. Fl. Græc. t. 34.

In Cretæ arvis. O.

79. V. coronata. Willd. Sp. Pl. v. 1. 184.

V. Locusta y. Sp. Pl. 48.

Valerianella semine stellato. Tourn. Inst. 133.

Icon. Column. Ecphr. 209.

In arvis circa Byzantium. O.

80. V. discoidea. Willd. Sp. Pl. v. 1. 184.

V. Locusta Z. Sp. Pl. 48.

Valerianella scabiosæ semine, major, lusitanica. Tourn. Inst. 133. Icon. Moris. sect. 7. t. 16. f. 29. In arvis Græciæ. ⊙.

#### POLYCNEMUM.

G. Pl. 25. Juss. 84. Gærtn. t. 128.

81. P. arvense. Sp. Pl. 50.

Chenopodium annuum humifusum, folio breviori et capillaceo. Tourn. Inst. 506.

Icon. Jacq. Austr. t. 365.

In arvis circa Byzantium. O.

#### CROCUS.

G. Pl. 25. Juss. 59.

82. C. sativus, stigmate exserto tripartito: segmentis linearibus. Fl. Brit. 39.

C. sativus a. Sp. Pl. 50. Tourn. Inst. 350.

Kponos Diosc.

Icon. Engl. Bot. t. 343.

In agris Græciæ. In montibus circa Athenas. 4.

- 83. C. nudiflorus, stigmate incluso trifido: lobis multifido-laciniatis penicilliformibus, flore aphyllo. Fl. Brit. 41.
  - C. autumnalis, sativo similis, florum capillamentis tenuissimis, minùs odoris. Tourn. Cor. 25.

Icon. Engl. Bot. t. 491.

- β. C. autumnalis, sativo similis, florum capillamentis tenuissimis, minus odoris, flore candidissimo. Tourn. Cor. 25.
- γ. C. orientalis autumnalis, flore magno albo, capillamentis albidis inodoris. Tourn. Cor. 25?
- In monte Athone, Septembri vel Octobri florens. 4.
- 84. C. vernus, stigmate incluso trifido: lobis cuneiformibus incisis. Fl. Brit. 40.
  - C. vernus latifolius, purpuro-violaceus. Tourn.

    Inst. 351.
  - Icon. Engl. Bot. t. 344. Jacq. Austr. append. t. 36.
- β. C. orientalis angustifolius, flore odoratissimo leucophæo. Tourn. Cor. 25.
- γ. C. orientalis vernus flore subcæruleo (s. violaceo), externè spadiceo-rubente. Tourn. Cor. 25.
- In summis montium jugis in Cretâ et Cypro insulis. 4.
- 85. C. aureus, stigmate incluso trifido: lobis sublinearibus denticulatis, radicum tunicâ membranaceâ.
  - C. vernus Mæsiacus primus. Clus. Pannon. 228. Salisb. in Ann. of Bot. v. 1. 122.
  - C. vernus latifolius aureus. Tourn. Inst. 352?

Icon. Fl. Græc. t. 35.

In arenosis argillâ substratis prope Sestum, Martio florens. 4.

#### IXIA.

G. Pl. 26. Juss. 58.

86. I. Bulbocodium. Sp. Pl. 51.

Bulbocodium crocifolium, flore parvo violaceo. Tourn. Cor. 50.

Κατζα hodiè.

Icon. Fl. Græc. t. 36.

In montibus maritimis insularum Archipelagi frequens. 4.

Variat florum magnitudine et colore.

## GLADIOLUS.

G. Pl. 26. Juss. 58.

87. G. communis. Sp. Pl. 52.

G. floribus uno versu dispositis, major et procerior, flore purpuro-rubente. Tourn. Inst. 365.

Ξιφιον Diosc.

Σπαθόκορτον hodiè.

Αγειδκόκοεος Zacynth.

Icon. Fl. Græc. t. 37.

β. Gladiolus triphyllus. Sibth. MSS. Icon. Fl. Græc. t. 38.

In arvis insularum Græcarum, primo vere, vulgaris.

β. In Cypri campestribus ad meridiem montis

Troodos dicti, solo fertiliore. D. F. Bauer. 4.

Varietas \( \beta \) vix differt nisi statur\( \text{a} \) minore, caule trifloro subtriphyllo, coroll\( \text{w} \) labio inferiore pallidiori.

#### IRIS.

G. Pl. 27. Juss. 57. Gærtn. t. 13.

\* Barbatæ.

88. I. florentina. Sp. Pl. 55.
I. alba florentina. Tourn. Inst. 358.
Icon. Fl. Græc. t. 39.

In cœmeteriis neglectis rariùs. D. Hawkins. In insulâ Rhodo, et in Laconiâ. 4.

89. I. germanica. Sp. Pl. 55.

I. vulgaris, germanica, sive sylvestris. Tourn.
Inst. 358.

Igis Diosc.

Keivos hodie.

Susen Turc.

Icon. Fl. Græc. t. 40.

In Cretæ campestribus. In cœmeteriis et ad pagos per totam Græciam frequens. 4. 90. I. pumila. Sp. Pl. 56.

I. humilis minor, flore purpureo. Tourn. Inst. 361.

Icon. Jacq. Austr. t. 1.

In collibus Græciæ. 4.

#### \*\* Imberbes.

91. I. Pseud-acorus. Sp. Pl. 56.

I. palustris lutea. Tourn. Inst. 360.

Νερόκρινος hodiè.

Alak ingivi Turc.

Icon. Curt. Lond. fasc. 3. t. 4.

In Peloponnesi fossis aquosis, et circa Byzantium. 4.

92. I. fætidissima. Sp. Pl. 57.

I. fœtidissima, seu Xyris. Tourn. Inst. 360.

Eugis Diosc. ?

Icon. Engl. Bot. t. 596.

In pascuis humidis circa Byzantium. 4.

93. I. graminea. Sp. Pl. 58.

I. angustifolia prunum redolens, minor. Tourn.
Inst. 361.

Αγριόπρινος hodiè.

Icon. Jacq. Austr. t. 2.

In Peloponneso haud rara. 4.

94. I. tuberosa. Sp. Pl. 58.

Hermodactylus folio quadrangulo. Tourn. Cor. 50.

Λογχιτις Diosc.

Icon. Fl. Græc. t. 41.

In Arcadiâ, et in agro Eliensi. 4.

95. I. Sisyrinchium. Sp. Pl. 59.

Sisyrinchium majus, flore luteâ (vel albâ) maculâ notato. Tourn. Inst. 365.

Αγειόπεινος hodiè.

Icon. Fl. Græc. t. 42.

In Laconiâ; et in Cypri, Cimoli et Zacynthi collibus maritimis. 4.

#### SCHŒNUS.

G. Pl. 29. Juss. 27.

96. S. Mariscus. Sp. Pl. 62.

Scirpus palustris altissimus, foliis et carinâ serratis. Tourn. Inst. 528.

Icon. Engl. Bot. t. 950.

In Peloponnesi paludibus, 4.

97. S. mucronatus. Sp. Pl. 63.

Scirpus maritimus, capite glomerato. Tourn. Inst. 528.

Icon. Fl. Græc. t. 43.

In arenosis maritimis Cretæ et Messenæ. 4.

98. S. nigricans. Sp. Pl. 64.

Gramen spicatum, junci facie, lithospermi semine. Tourn. Inst. 518.

Icon. Engl. Bot. t. 1121.

In Peloponnesi paludosis. 4.

#### CYPERUS.

G. Pl. 29. Juss. 27. Gærtn. t. 2.

99. C. longus. Sp. Pl. 67.

C. odoratus, radice longâ, sive officinarum. Tourn. Inst. 527.

Κύπειρος hodiè.

Icon. Jacq. Ic. Rar. t. 297.

In paludosis Græciæ frequens. 4.

100. C. rotundus, culmo triquetro nudo, umbellâ foliosâ supradecompositâ, spiculis lanceolatis acutis, tuberibus oblongis.

C. rotundus. Sp. Pl. 67, exclus. Fl. Zeyl. 36.

C. rotundus vulgaris. Tourn. Inst. 527.

C. orientalis, radice olivari, spicis longis, e spadiceo purpurascentibus. Scheuch. Agr. 391.
t. 9. f. 3.

Κυπειρος Diosc.

Κύπειρη hodiè.

Icon. Moris. sect. 8. t. 11. f. 1.

In Paro, Naxo, aliisque insulis Græcis. In insulæ Santorini vineis vitium summum. Radi-

cis tubera inter vestimenta, odoris gratiâ, servantur. D. Hawkins. 4.

- Distinctissimus a C. hexastachyo, Rottb. Gram. 28. t. 14. f. 2, qui ad Cyperum Fl. Zeyl. n. 36. potius spectat.
- 101. C. comosus, culmo triquetro nudo, umbella foliosa, spiculis linearibus longissimis, tuberibus ovatis: zonis obsoletis.

Icon. Fl. Græc. t. 44.

In palustribus prope Patras. 4.

- 102. C. tenuiflorus, culmo triquetro nudo, umbellâ foliosâ supradecompositâ, spiculis oblongis, glumis obtusis, radice repente.
  - C. tenuiflorus. Rottb. Gram. 30. t. 14. f. 1. Jacq. Coll. v. 3. 190. Willd. Sp. Pl. v. 1. 284. Icon. Jacq. Ic. Rar. t. 296.
- In palustribus arenosis ad fluvium Ryndacum Bithyniæ, Augusto florens. 4.
- 103. C. radicosus, culmo triquetro nudo, umbellâ foliosâ, spiculis lanceolatis, foliis patentissimis rigidis recurvis.

Icon. Fl. Græc. t. 45.

In arenosis ad fluvium Ryndacum prope Sousougherli, quà via a Smyrnâ ad Bursam ducit; etiam in insulis Græciæ, sed rariùs. 4. 104. C. difformis, digynus, culmo triquetro nudo, umbellâ foliosâ, spiculis linearibus arcuatis, glumis ventricosis retusis.

C. difformis. Sp. Pl. 67.

Icon. Fl. Græc. t. 46.

Prope Patras. 4?

105. C. flavescens, digynus, culmo triquetro nudo, umbellâ triphyllâ, spiculis lanceolatis, seminibus obtusè triquetris sublenticularibus.

C. flavescens. Sp. Pl. 68. Scop. Carn. 41.

C. minimus, paniculâ sparsâ subflavescente. Tourn. Inst. 527.

Icon. Fl. Græc. t. 47.

In paludosis Asiæ minoris inter Smyrnam et Bursam. Etiam circa Byzantium, et in monte Athone. 4.

Semen punctulato-scabrum.

106. C. glaber, trigynus, culmo triquetro nudo, umbellâ triphyllâ, spiculis lanceolatis, glumis nervosis obtusis mucronulatis.

C. glaber. Mant. 2. 179.

Icon. Segu. Veron. suppl. t. 2. f. 1.

In Asiæ minoris paludibus cum Cypero flavescente legit Sibthorp. 4.

Cum præcedente convenit facie, colore, atque magnitudine, sed differt stigmatibus tribus, se-

minibus acutè triquetris apice obtusis, glumisque nervosis.

107. C. fuscus, trigynus, culmo triquetro nudo, umbellâ triphyllâ, spiculis linearibus, glumis lævibus, seminibus nitidis.

C. fuscus. Sp. Pl. 69. Scop. Carn. 41.

C. minimus, paniculâ sparsâ nigricante. Tourn. Inst. 527.

Icon. Fl. Græc. t. 48.

In depressis humidis frequens, inter Smyrnam et Bursam, et circa Byzantium. 4.

Semen elongatum, utrinque acuminatum, acutè triquetrum, album.

108. C. pannonicus. Suppl. 103. Icon. Jacq. Austr. append. t. 6.

Admaris Euxini littora. Sibth.ap. Herb. Banks. O.

109. C. mucronatus. Willd. Sp. Pl. v. 1. 273.

C. distachyos. Allion. Auct. 48. t. 2. f. 5.

C. junciformis. Cavan. Ic. t. 204. f. 1. Desfont. Atlant. v. 1. 42. t. 7. f. 1.

Icon. Fl. Græc. t. 49.

In palustribus limosis Byzantii et Corinthi. O.

#### SCIRPUS.

G. Pl. 30. Juss. 27. Gærtn. t. 2.

110. S. palustris. Sp. Pl. 70.

S. equiseti capitulo majori. Tourn. Inst. 528. Icon. Engl. Bot. t. 131.

In paludibus insularum Græcarum vulgaris. 4.

111. S. lacustris. Sp. Pl. 72.

S. palustris altissimus. Tourn. Inst. 528. Σύφα hodiè.

Icon. Engl. Bot. t. 666.

Ad fluviorum ripas in Cretâ, alibique. 4.

112. S. Holoschænus. Sp. Pl. 72.

S. maritimus, capitulis rotundioribus glomeratis. Tourn. Inst. 528.

Σχοινος λεια Diosc. Sibth.

Icon. Engl. Bot. t. 1612.

In arenosis maritimis insularum Græcarum frequens. 4.

113. S. romanus. Sp. Pl. 72.

ΚουΦοβρέλος hodie.

Icon. Jacq. Austr. t. 448.

In arenosis maritimis insularum Græcarum vulgaris. 4.

Præcedentis, ni fallor, varietas. Conf. Fl. Brit. 53.

114. S. setaceus. Sp. Pl. 73.

S. omnium minimus, capitulo breviori. Tourn. Inst. 528.

Icon. Fl. Dan. t. 311.

In paludosis insulæ Seriphi. O.

115. S. mucronatus. Sp. Pl. 73. Dicks. Dr. Pl. 26.

Cyperus maritimus, capitulis glomeratis. Tourn.
Inst. 527.

'Ολοσχοινος Diosc.? Sibth.

Icon. Scheuchz. Agr. t. 9. f. 14.

In arenosis maritimis Græciæ copiosè. 4.

S. dichotomus. Sp. Pl. 74. Willd. Sp. Pl.
 v. 1. 303.

Icon. Fl. Græc. t. 50.

In arenosis maritimis Thraciæ, ad Pontum Euxinum propè Fanar et Cyaneas insulas. .

117. S. maritimus. Sp. Pl. 74.

Cyperus rotundus inodorus germanicus. Tourn. Inst. 527.

Icon. Curt. Lond. fasc. 4. t. 4.

In paludibus maritimis Peloponnesi; in insulâ Cypro et propè Byzantium. 4. 118. S. sylvaticus. Sp. Pl. 75.

Cyperus gramineus. Tourn. Inst. 527.

Icon. Engl. Bot. t. 919.

In nemoribus propè Byzantium. 4.

119. S. Michelianus. Sp. Pl. 76.Icon. Till. Hort. Pis. t. 21. f. 5.In Bithyniâ. Sibth. MSS. ⊙.

#### NARDUS.

G. Pl. 30. Juss. 33.

120. N. aristata. Sp. Pl. 78.
Icon. Barrel. Ic. t. 117. f. 1.
In insulæ Cypri campestribus. ⊙.

# II. Digynia.

# CORNUCOPIA.

G. Pl. 31. Juss. 33.

121. C. cucullata. Sp. Pl. 79. Icon. Fl. Græc. t. 51.

In insulâ Patmo. O.

#### SACCHARUM.

G. Pl. 32. Juss. 30. Gærtn. t. 82.

122. S. Ravennæ. Syst. Veg. ed. 13. 88.

Andropogon Ravennæ. Sp. Pl. 1481.

Gramen paniculatum arundinaceum ramosum, panicula densa sericea. Tourn. Inst. 523.

Καλαμος συριγγιας Diosc. Sibth.

Σαμάκι hodiè.

Icon. Fl. Græc. t. 52.

In Peloponneso copiosè. Ad littora Ponti Euxini propè Fanar. 4.

123. S. Teneriff x. Suppl. 106.

Icon. Fl. Græc. t. 53.

In montibus prope Messinam, Siciliæ, nec in Græciâ, legit Sibthorp. 4.

124. S. cylindricum. Willd. Sp. Pl. v. 1. 323. Lagurus cylindricus. Sp. Pl. 120.

Gramen tomentosum spicatum. Tourn. Inst. 518.

G. tomentosum creticum spicatum, spicâ purpureâ. Tourn. Cor. 39.

Icon. Fl. Græc. t. 54.

In udis circa Athenas, et in agro Eliensi. 4.

## PHALARIS.

G. Pl. 32. Juss. 29. Gærtn. t. 80.

125. Ph. canariensis. Sp. Pl. 79.

Gramen spicatum, semine miliaceo albo. Tourn.
Inst. 518.

Φαλαρις Diosc. Κουκούλοχορτον hodiè. Κουκούλη Zacynth. Icon. Fl. Græc. t. 55.

In arvis Græciæ frequens. O.

126. Ph. nodosa. Syst. Veg. ed. 13. 88.
 Ph. tuberosa. Mant. 2. 557.
 Icon. Fl. Græc. t. 56.

Ad agrorum margines in insulis Græciæ. 4,

127. Ph. aquatica. Sp. Pl. 79.

Gramen spicatum perenne, semine miliaceo, tuberosâ radice. Tourn. Inst. 519.

Icon. Fl. Græc. t. 57.

In aquosis Asiæ minoris. 4.

128. Ph. arenaria. Fl. Brit. 62.

Phleum arenarium. Sp. Pl. 88.

Gramen spicatum maritimum minimum, spicâ cylindraceâ. Tourn. Inst. 520.

Icon. Engl. Bot. t. 222.

In arenosis maritimis insularum Græcarum frequens. ⊙.

129. Ph. phleoides. Sp. Pl. 80. Gramen spicatum, spicâ cylindraceâ tenuiori longâ. Tourn. Inst. 520. Icon. Engl. Bot. t. 459.

Frequens in arvis insularum Græcarum, et circa Byzantium. 4.

130. Ph. geniculata, spicâ cylindraceâ, glumis elliptico-lanceolatis dentato-ciliatis, culmis diffusis ramosis geniculatis.

Alopecurus geniculatus. Sibth. MSS.

Gramen aquaticum typhinum supinum italicum minus. Barrel.

Icon. Barrel. Ic. t. 54.

In aquis stagnantibus montis Olympi Bithyni. O. Sequenti valdè affinis. Stamina certè tria.

131. Ph. vaginiflora, spicâ ovatâ basi vaginatâ, glumis elliptico-lanceolatis dentato-ciliatis, culmis diffusis ramosis.

Ph. vaginiflora. Forsk. Descr. 18.

Phleum scheenoides. Sp. Pl. 88. Jacq. Col. v. 1, 111.

Crypsis aculeata  $\beta$ . Ait. H. Kew. v. 1. 48. Icon. Jacq. Ic. Rar, t. 15.

In udis depressis circa Olympum Bithynum. O. Stamina tria inveni.

Hujus varietas videtur Anthoxanthum aculeatum,
Linn. Suppl. 89, Crypsis aculeata α, Ait. loc. cit.
Antitragus aculeatus, Gærtn. v. 2. 7. t. 80. f. 7,
floribus capitatis, haud spicatis, discrepans.

132. Ph. paradoxa. Sp. Pl. 1665.

Gramen spicatum perenne, semine miliaceo, radice repente. Tourn. Inst. 519, ex D. Desfontaines.

Αληπουνούρα hodiè.

Icon. Fl. Græc. t. 58.

In arvis Græciæ cum Ph. canariensi frequens. O.

#### PANICUM.

G. Pl. 32, Juss. 29. Gærtn. t. 1. Digitaria, Juss. 29.

133. P. verticillatum. Sp. Pl. 82.

P. vulgare, spicâ simplici et asperâ. Tourn. Inst. 515.

Icon. Curt. Lond. fasc. 4. t. 6.

In arvis insularum Græcarum frequens. O.

134. P. glaucum. Sp. Pl. 83. Icon, Schreb. Gram. t. 25.

In insulâ Zacyntho. O.

135. P. viride. Sp. Pl. 83.

P. vulgare, spicâ simplici et molliori. Tourn. Inst. 515.

Icon. Curt. Lond. fasc. 4. t. 5.

In pascuis cultisque circa Byzantium. O.

136. P. Crus galli. Sp. Pl. 83.

P. vulgare, spicâ multiplici asperiusculâ. Tourn. Inst. 515.

β. P. vulgare, spicâ multiplici longis aristis circumvallatâ. Tourn. Inst. 515.

Kenel hodie.

Icon. Curt. Lond. fasc. 4, t. 8.

In umbrosis cultis circa Olympum Bithynum. O.

137. P. eruciforme, spicis alternis sessilibus secundis pilosis, valvulâ calycinâ tertiâ exiguâ acutiusculâ, culmo ramoso.

Icon. Fl. Græc. t. 59.

In arvis circa Junonis templum in insulâ Samo. 4.

138. P. sanguinale. Sp. Pl. 84.

Gramen dactylon, folio latiore. Tourn. Inst. 520. Icon. Curt. Lond. fasc. 4. t. 7.

In cultis insularum Græciæ, et in monte Athone. O.

139. P. Dactylon. Sp. Pl. 85.

Gramen dactylon, radice repente, sive officinarum. Tourn. Inst. 520.

Αγρωστις Diosc.

Αγριάδα hodie.

Icon. Fl. Græc. t. 60.

In arenosis Græciæ vulgaris. 4.

140. P. repens. Sp. Pl. 87.

Milium angustifolium, paniculâ peramplâ, sparsâ et erectâ. Tourn. Cor. 39.

Icon. Fl. Græc. t. 61,

Ad ripas fluvii prope Plataniam in insulâ Cretâ, Junio florens. 4.

141. P. miliaceum. Sp. Pl. 86.Milium semine luteo. Tourn. Inst. 514.Icon. Bauh. Theatr. 502.

In arvis Græciæ. O.

#### PHLEUM.

G. Pl. 33. Juss. 29. Gærtn. t. 1.

142. Ph. nodosum. Sp. Pl. 88.

Ph. pratense v. Fl. Brit. 68.

Gramen spicatum, spicâ cylindraceâ brevi, radice nodosâ. Tourn. Inst. 520.

Icon. Leers. t. 3. f. 2.

In agro Peloponnesiaco et circa Byzantium. 4.

143. Ph. alpinum. Sp. Pl. 88.

Gramen typhoides alpinum, spicâ brevi densâ et veluti villosâ. Scheuch. Agr. 64. Prod. t. 3. Icon. Engl. Bot. t. 519.

In Olympo Bithyno monte. 4.

144. Ph. felinum, spicâ ovatâ, aristis glumâ longioribus divaricatis angulatis scabris, radice fibrosâ.

Μουστάκια του κατζούλιου Zacynth. Icon nulla.

In insulâ Zacyntho. O.

A Phleo alpino differt radice fibrosâ, annuâ; glumis obtusissimis, basi tantum ciliatis; aristis longioribus, magisque divaricatis, nudis, angulatis, basi ferè lanceolatis.

145. Ph. crinitum. Schreb. Gram. 151. t. 20. f. 3. Fl. Brit. 71.

Alopecurus monspeliensis. Sp. Pl. 89.

Agrostis panicea. Ait. H. Kew. v. 1. 94.

- triaristata. Knapp. Gram. Brit. t. 23.

Panicum maritimum, spicâ longiore villosâ. Tourn. Inst. 515.

Icon. Fl. Græc. t. 62.

In udis circa Athenas. ⊙. Gramen forsitan ad Agrostidem reducendum.

#### ALOPECURUS.

G. Pl. 33. Juss, 29. Gærtn. t, 1.

146. A. pratensis. Sp. Pl. 88.

Gramen spicatum, spicâ cylindraceâ longioribus villis donatâ. Tourn. Inst. 520. Icon. Curt. Lond. fasc. 5. t. 5. Circa Athenas, et in insulâ Cypro. 4.

147. A. utriculatus, spicâ oblongâ, glumis calycinis navicularibus gibbosis mucronulatis dorso villosis aristâ corollinâ brevioribus.

Phalaris utriculata. Sp. Pl. 80.

Gramen spicatum pratense, spicâ ex utriculo prodeunte. Tourn. Inst. 519.

Αληπουνούρα hodiè.

Icon. Fl. Græc. t. 63.

In graminosis et ruderatis Græciæ. O.

148. A. angustifolius, spicâ ovatâ, glumis retusis mucronulatis villosis aristâ duplò brevioribus, foliis radicalibus angustissimis.

Phleum Gerardi. Sibth. MSS. (nec Willd. Sp. Pl. v. 1, 355.)

Icon. Fl. Græc. t. 64.

In montis Olympi Bithyni summitate. 4.

149. A. lanatus, spicâ capitatâ, glumis calycinis acutis mucronatis villosis aristâ duplò brevioribus, foliis lanatis.

Icon nulla.

In summitate montis Olympi Bithyni, nive peractâ. 4.

Radix lignosa, cæspitosa, atra. Culmi spithamæi, erecti, binodes, vix geniculati, basi diphylli, supernè nudi, glabri. Folia radicalia congesta, patentissima, linearia, planiuscula, obtusa, utrinque lanâ molli, niveâ, densissimè tecta, summo apice denudata: caulina brevissima et quasi abortiva, longissimè vaginata, vaginâ striatâ, basi glabratâ, strictâ, sub apice ventricosâ, minùs densè quam in ipsis foliis lanatâ. Stipula exigua. Spica subrotunda, densa, multiflora. Calyx ovatus, villosus, glumis acutis, mucronulatis, nervosis. Corolla univalvis, retusa, glabra. Arista e basi corollæ, tortilis, glumâ duplò longior, supernè scabra.

## MILIUM.

G. Pl. 33. Juss. 29.

Cal. bivalvis, uniflorus, tumidus. Semen corollâ persistente, cartilagineâ, bivalvi, corticatum.

150. M. effusum. Sp. Pl. 90.

Gramen sylvaticum, paniculâ miliaceâ sparsâ.

Tourn. Inst. 523.

Icon. Curt. Lond. fasc. 4. t. 12.

In insulæ Cypri nemorosis. 4.

151. M. lendigerum. Sp. Pl. 91. Agrostis australis. Mant. 30.

Panicum serotinum arvense, spicâ pyramidatâ. Tourn. Inst. 515.

Icon. Fl. Græc. t. 65.

In Asiæ minoris arenosis maritimis. O.

152. M. arundinaceum, paniculâ laxâ, corollâ aristatâ glabrâ, calyce mucronato, stipulis brevissimis retusis.

Agrostis miliacea. Sp. Pl. 91.

A. græca. Sibth. MSS.

Γρηλαρη Zacynth.

Icon. Fl. Græc. t. 66.

Prope Athenas, et in insulâ Zacyntho. 4.

153. M. cærulescens, paniculâ laxâ, corollâ subaristatâ glabrâ, aristâ calyce breviori, stipulis elongatis erosis.

M. cærulescens. Desfont. Atlant. v. 1. 66. Icon. Desfont. Atlant. t. 12.

In insulis Græciæ frequens. 4.

# AGROSTIS.

G. Pl. 33. Juss. 29.

Cal. bivalvis, uniflorus, valvulis acutis. Cor. bivalvis, inæqualis, membranacea. Stigmata plumosa.

154. A. stolonifera. Sp. Pl. 93. Icon. Engl. Bot. t. 1532.

In graminosis Græciæ frequens. 4.

155. A. alba. Sp. Pl. 93. Αγριδκάλαμια Zacynth. Icon. Engl. Bot. t. 1189.

In Bithyniæ palustribus ad montis Olympi radices, et in insulâ Zacyntho. 4.

156. A. pungens. Willd. Sp. Pl. v. 1. 273. Desfont. Atlant. v. 1. 68.

Gramen paniculatum maritimum narbonense, radice repente. Tourn. Inst. 523.

Icon. Cavan. Ic. t. 111. Schreb. Gram. t. 27. f. 3.

In maritimis Græciæ. 4.

#### ANDROPOGON.

G. Pl. 540. Juss. 30.

Cal. bivalvis, uniflorus. Cor. subbivalvis; alterâ basin versùs aristatâ. Flores plures masculini, pedicellati, corollâ muticâ, vel nullâ.

157. A. Gryllus. Sp. Pl. 1480.

Gramen avenaceum, utriculis lanugine flavescentibus. Tourn. Inst. 525. Herb. Tourn. Icon. Fl. Græc. t. 67.

In asperis et petrosis Cretæ et Cypri. 4.

158. A. halepensis, paniculâ erectâ supradecompositâ, glumis elliptico-lanceolatis, flosculis omnibus monopetalis.

Holcus halepensis. Sp. Pl. 1485.

Γρηλαρη Zacynth.

Icon. Fl. Græc. t. 68.

Circa Athenas frequens; etiam in insulâ Zacyntho. 4.

159. A. angustifolius, foliis linearibus canaliculatis pilosis, spicis digitatis corymbosis plurimis, calycibus striatis pedicellisque hirsutis.

A. Ischæmum. Jacq. Austr. v. 4. 43. Schreb. Lips. 46. Lamarck. Dict. v. 1. 376. Roth. Germ. v. 2. p. 2. 546.

A. n. 1414. Hall. Hist. v. 2. 203.

Gramen dactylon angustifolium, spicis villosis.

Tourn. Inst. 520.

Icon. Jacq. Austr. t. 384.

In Peloponneso, et circa Byzantium. 4.

Andropogon Ischæmum Linnæi, A. n. 4. Gerard. Gallopr. 107. t. 4, differt magnitudine majori, foliis latioribus atque longioribus, spicis paucioribus, glumis calycinis duplò majoribus, at minùs concinnè striatis.

160. A. distachyos, spicis digitatis geminis, glumis acutis glabris, culmo simplici.

A. distachyon. Sp. Pl. 1481. Ger. Gallopr. t. 3. f. 2.

Gramen dactylon, spicâ geminâ. Tourn. Inst. 521, exclus. syn. Bauhinorum.

Icon. Fl. Græc. t. 69.

In insulis Archipelagi frequens. 4.

161. A. hirtus, spicis digitatis geminis, glumis acutis hirsutis, culmo ramoso.

A. hirtum. Sp. Pl. 1482.

Gramen dactylon siculum, multiplici paniculâ, spicis ab eodem exortu geminis. Tourn. Inst. 521.

Festucajunceo folio spicâ geminâ. Bauh. Prod. 19. Theatr. 145.

Icon. Pluk. Phyt. t. 92. f. 1.

In insulis Græcis. 4.

## HOLCUS.

G. Pl. 541. Juss. 30.

162. H. lanatus. Sp. Pl. 1485.

Gramen pratense paniculatum molle. Tourn. Inst. 522.

Icon. Curt. Lond. fasc. 4. t. 11.

Circa Byzantium. 4.

#### AIRA.

G. Pl. 34. Juss. 31. Gærtn. t. 1.

163. A. cristata. Sp. Pl. 94.

Gramen spicâ cristatâ subhirsutum. Tourn. Inst. 519.

Icon. Engl. Bot. t. 648.

